

David Lobeck Johannes Corfinius

## **Disputatio Decima Tertia. De Electione Seu Ad Vitam Aeternam Praedestinatione**

...

Rostochii: Typis Myliandrinis, 1602

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756502535>

Druck Freier  Zugang



D. Lobeckius.

R. u. theol. 1602

Lobeck, David / b

5





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn756502535/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756502535/phys_0003)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn756502535/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756502535/phys_0004)

DFG

DISPV TATIO DECIMA TERTIA.  
**DE ELECTIONE SEV  
AD VITAM AETERNAM**  
Prædestinatione.

quam Deo duce

Sub Præsidio

Reverendi & Clarissimi Viri,

Dn. DAVIDIS LOBECHII  
S.S THEOLOGIÆ DOCTORIS, & in illustri  
Academiâ ROSTOCHIENSÌ Pro-  
fessoris Publici

defendendam proponit

IOHANNES CORFINIUS Rostochiensis

a. d. 25. Febr. hora 6. Matutina.

Rom. 8. v. 30.

Οὐς πεφύλαστος, πότες καὶ ἐκφλεστος. καὶ ὅστις  
ἐκάλεστος, τούτους οὐδὲντες. οὐς δὲ ἐδικηθώσετο,  
τούπος καὶ ἐδόξαστος.

ROSTOCHII

Typis Myliandrinis, Anno 1602.

1602

.19



AMPLISSIMIS, CONSULTISSIMIS,  
CLARISSIMIS, PRUDENTISSIMIS QVE  
VIRIS, DOCTRINA, VIRTUTE ET DIGNITATE  
PRAESTANTISSIMIS, DOMINIS CONSULIBVS  
ET SENATORIBVS, INCLYTÆ ROSTOCHIENSIVM  
REIPUBLICÆ, PATRIÆ  
PATRIBVS,

Dominis Patronis ac Mecenatibus suis  
perpetuo colendis

Theologicum hoc ~~tempore~~ humiliter  
& officiose offerit.



Johannes Corfinius  
Rostochiensis



# Thefis I.



Vm extra Ecclesiam ( de qua precedenti disputatio-  
ne ) nulla sit salus , nullusve Electorum cætus que-  
rendus , paucis cūd̄ Deū , hac ov̄l̄ij̄n̄ de Aeterna  
filiorum Dei ad salutem prædestinatione , agemus ,  
idq; potissimum , ut quinam propriè Sancti illi sint ,  
quorum Symbolum nostrum Apostolicum facit mentionem , disciamus .

2. Cum autem Jobriè de hoc mysterio , & non nisi ex revelato verbo sit  
agendum . initio inter Præscientiam & Prædestinationem accuratè e-  
rit distinguendum .

3. Licer enim utraq; in Electione concurrat , teste Paulo Rom 8. quos  
præsciuit hos prædestinavit & Petro. 1. ep. c. 1. v 2. aliter tamen præ-  
destination quam præscientia tenit consideranda .

4. Primo enim Præscientia Dei simplicem noticiam rerum , non cau-  
sum denotat . Prædestination autem non solum noticiam , sed insuper no-  
stra in Christo salutis causam significat ; ideo enim salvantur credentes  
in Christum , quia Deus prædestinavit et proposuit , quod velit credentes  
in Christum salvare : & eccl̄ actio Dei specialis salutem nostram procurans ,  
& quæ ad ipsam pertinent ita disponens , ut nec portæ inferorum adver-  
sus eam prævaleant Ioh. 10. v. 28. nemo rapiet Oves meas è ma-  
nu mea Actor. 13. v. 48. crediderunt quoque erant ordinati ad vi-  
tam aeternam .

5. Secundo Præscientia seu prævisio est Universorum , respiciens crea-  
turas quaslibet , sive bonas sive malas , quæcunq; sunt , fuerunt aut erunt  
Mat. 10. v. 29. Psal. 139. v. 16. Eph. 37. v. 28. Prædestination ve-  
rò ad salutem , non simul ad bonos et malos , sed tantum ad filios Dei  
pertinet , qui ad vitam aeternam ante iacta fundamenta mundi in Chri-  
sto sunt prædestinati Eph. 1. v. 4. 5. 6.

6. Quamvis autem præscientia à prædestinatione distinguatur , non  
tamen hoc ab illa , determinatè sumpta , dividetur aut separatur .

7. Quatenus enim in strictiori sumitur significatione , & tantum ad  
A 2 fideles

fideles & electos Dei filios pertinet, cum gratijsa Electione coniungitur  
Rom. 8. v. 29. I. Pet. 1. v. 2. electi καὶ αἱ ὑψηλοὶ secundum præsci-  
entiam Dei Patris.

8. Definimus itaq. eam hunc in modum. Prædestination est eternum  
& immutabile propositum seu decretum divina voluntatis, quo Deus pa-  
ter ex beneplacito & mera gratia ac misericordia, iuxta præcognitionem  
suam in Christo Iesu ad vitam aeternam elegit, salvare decrevit  
& proposuit, quoscunque per operationem Spiritus Sancti in filium  
credituros, & in fide usque ad finem vitae perseveraturos præservit.

9. Definitio hæc, quia totius nostræ disputationis succincta quasi σύν-  
οψις est, partes eius omnes atq. singulas iuxta scripturæ canonem ex-  
aminabimus.

10. Propositi vocabulū generis loco positum, ab Apostolo sumus mu-  
tuati, qui hac ipsa voce saluandorum prædestinationem notavit. Ep. I.  
v. II prædestinati κατὰ τὸ δέσμον, seu secundum propositum Rom. 8. v. 28.  
&c. 9. v. II. ut τὸ δέσμον ἡ δὲ secundum Electionem firma maneret.

II. Decretum hoc siue propositū aeternum esse dicimus, quia Deus id  
ab omni aeternitate in sese proposuit Eph. 1. v. 4. elegit nos in ipso, an-  
te iacta fundamenta mundi.

12. Neque enim credentes in tempore demum, multo minus posse  
mortem eligi statuimus, sed cum Apostolo confitemur, ante tempora secul-  
lorum nos esse Electos 2. Tim. I. v. 9. 2. Thes. 2. v. 13.

13. Immutabile seu Αμεταμέλητον id afferimus, quia funda-  
mentum eius firmum stat, sicut Paulus loquitur, & sententia eius nun-  
quam mutatur aut rescinditur.

14. Immutabile autem non quidem respectu nostri quibus nihil faci-  
lius est quam labi & perire, sed respectu Dei, manum suam nobis sup-  
ponentes, cuius decretum firmum stat & immutum, ut omnes sine discrimi-  
nione aut προσοπωληψίᾳ ad vitam aeternam sint Electi qui in Christum  
eridunt, & in fide vera ad finem usq. perseverant Rom. 9. v. 6. &c. II.  
v. 29. Mal. 3. v. 6. Ego Dominus & non mutor.

15. Porro gratuitum id esse patet ex eodem Apostolo Rom. 9. v. 18.

21. C

21. & c. II. v. 5. reservatio secundum electionem gratuitam facta est.
16. Est enim Elelio respectu nostri mere gratuita, et nihil est in nobis cuius dignitate vel merito Deus sit permotus ad eligendum nos, immo ne fides quidem, quatenus in nobis est, Electionis decretum ingreditur, sed quatenus extra nos quasi egrediens, unicum aeterna salutis fundatum, Christum mirum, arripit & apprehendit.
17. Cum v. Elelio nostra definiatur gratuita voluntate divina animadvertisendum, hanc Dei voluntatem (qua quidem in se, ut & essentia Dei, una est) dupliciter esse considerandam.
18. Alia enim est voluntas Dei Antecedens, alia vero Consequens, teste Damasceno lib. 2. c. 29. orthodoxa fidei.
19. Antecedens voluntas, ardenterissimum Dei notat desiderium, quae serio vult, expedit & desiderat omnium hominum salutem, Ezech. 33. vivo ego nolo mortem peccatoris, I. Tim. 2. Deus vult omnes homines salvos fieri & ad agnitionem veritatis per venire.
20. Diciturq; antecedens, non quod in Deo, & in ordine causarum apud Deum, sit prima & summa, (siquidē eam decretum creationis, lapsus, & filij missionis antecedit,) sed quod ratione nostri, executionem, qua in tempore fit, & fidem, qua promissiones ex hac voluntate emanantes apprehenduntur, antecedat.
21. Voluntas Dei Consequens, notat eundem Dei amorem, desiderium & beneplacitum, non tantum ex parte Dei ut oblatum, sed etiam ex parte nostri ut usurpatum, & considerat homines actu credentes & in fide perseverantes. haec enim est voluntas Dei, ut qui videt filium & credit in eum, non pereat sed habeat vitam aeternam. Ioh. 3.
22. Quare & Electionem voluntate Dei non antecedente, sed consequente terminari afferimus.
23. Notat quidem antecedens voluntas desiderium Dei plane serium, longeq; ardenterissimum, quo Deus omnes homines nemine excepto, electos & salvatos cupit, si omnes in Christum mundi redemptorem credant.
24. Quia vero non omnes actu credunt, neque etiam medijs, per quam fidem Spiritus S. in eis operatus erat, utuntur, idq; Deus ab omni a-

ternitate prævidit, ideo etiam non omnes elegit: siquidem ut extra Christum sive agnatum nulla est salus, ita nulla quoq; ad salutem prædestinatio vel electio.

25. Hinc apparet Electionem nostram non esse universalem omnium indiscretis hominum sive credant sive non, sed iuxta præcognitionem in Christo Iesu factam, idq; probat Petrus 1. ep. 1. v. 2. definiens Electos nata secundum secundum præcognitionem Dei patris, cuius astipulatur Apostolus Paul. Rom. 8. v. 29. quos prænovit etiam prædestinavit &c constituens terminum Electionis in glorificatione.

26. Quibus verbis Apostolus discriminem electorum & non' electorum vult innuere, non omnes simpliciter & sine ulla consideratione homines, sed speciali ratione præscitos, esse Electos.

27. Et sane præscientia vocem in loco Apostoli citato, non universaliiter seu indeterminate, sed specialiter & in strictiori significatione esse accipiendam exinde manifestum est, quod præscientia Dei universalis, omnes homines sub se complectatur, tam bonos quam malos, pios & impios.

28. Hac autem significatione si præscientia vox accipiatur, corruet distinctione Apostoli inter Electos & non electos. refert enim Apostolus Electionem ad solos eos qui vocantur, iustificantur & demum glorificantur, ita ut posteriora membra semper restringat ad priora, & antecedentia explicet per subsequentia.

29. Specialiter itaq; vocem præscientia loco allegato esse accipiendam apparet, & quidem cum restrictione ad Christum in quo Electio nostra facta est Eph. 1. hoc sensu, Quos præscrivit scilicet per fidem Christo inservendos, inquit ea ad finem usque perseveraturos, hos prædestinavit.

30. Terminus Electionis nostra ad quem, est vita eterna; Elegit nos ad vitam eternam IN CHRISTO IESU ante iacta mundi fundamenta Eph. 1. v. 4.

31. Neque enim electio nostra ex simplici, nuda, & arcana Dei voluntate est estimanda, sed pro ut ea in Christo est fundata, qui est liber vita, & in quo electi sumus.

32. Non enim salva Dei iusticia peccatores eligi potuerant, nisi interposito satisfactionis precio, quo laesa iustitia Dei insolidum satuisseret.

33. Ex

34. Ex quo patet hallucinari Calvinianos, dum Christum ab anno Electionis decreto (quod illi simplici & absoluta Dei voluntate, omnes causas antegressa definiunt; nos v. mediorum latorum illud limitatum assertimus) removent, illumq; in censum effectorum referunt & executioni substernunt.

35. Quod si verum, ipsi homines ab Electione erunt se iungendi, & sic Electione nulla; aut si non, neq; Christus inde erit eliminandus. ratio est, quia Deus eligens homines, non eligit ut iustos, sed ut peccatores, peccatoribus autem extra Christum constitutis, Deus ignis est consumens; Christum itaq; primum & supremum Electionis decretum ingredi est necesse.

36. Quare & Apostolus, mentionem Electionis nostra faciens, non simpliciter ait, nos esse electos, sed addit medium in CHRISTO Eph. 1.

36. In Christo a. cum dicimus nos esse Electos, consideramus eum neq; ut unum hominem, neq; ut solum Deum, sed ut mediatorem, Deum & hominem simul: neq; ut autorem dunt taxat partem iusticie, sed ut consummatorem iusticia imputata.

38. Nam Christus dupliciter in consideratione huius mysterij venit; aut ratione meriti, omnibus hominibus, nomine excepto acquisiti, aut ratione apprehensionis, pro ut meritum ac beneficia, verbo Evangelij oblatum, ab hominibus acceptantur aut repudiantur.

39. Vt ergo respectu phrasis Paulina, qua in Christo dicimur Electi, venit consideranda, quatenus videlicet Christus pro omnibus hominibus satisfecit, eosq; suo merito redemit, & quatenus credentes per fidem Christi meritum sibi applicantur.

40. Unde patet fidem aeterno Electionis decreto includendam; elegit enim nos Deus in Christo, non incognito, spatio, & abiecto, sed per fidem apprehenso.

41. Nec valet hic carillum adversariorum, Electionem factam esse aeterno, fidem a. dari in tempore, ideoq; Electionem ingredi non posse.

42. Lucet enim fides in tempore ipso actu, per ordinaria media decur his qui medijs ad consequendam fidem a Deo ordinatis legitime & debito modo utuntur, id tamen non obstat, quo minus aeterno Electionis decreto sit inclusa.

43. Et

43. Primo quatenus Deus ab aeterno constituit, omnes & solos eos, qui in Christum credunt, salvos facere. Secundo quatenus in individuo præcognoscit, qui sint illi, qui usurpatione mediorum, per Spiritus Sancti operationem, fidem sunt consecuturi.

44. Et si propterea fides decretum Electionis ingredi nequit, quia hoc ab aeterno est factum, illa vero in tempore subsequatur; nec ipsa passio & mors Christi, arcano prædestinationis inclusa erit, imo nec ipsi homines in eius considerationem venient, cum illa in tempore demum accidat, hi vero in tempore nascantur, unde sequeretur Electionem esse nullam, cum sit hominum, & quidem filiorum Dei.

45. Fidem a. Electionis decreto inclusam cum afferimus, non consideramus eam ex sua dignitate, aut merito, pro ut est virtus, opus aut qualitas in nobis, sed ex dignitate sui correlati, nempe Christi, quem ipsa fiducialiter apprehendit.

46. Neq; etiam fidem ipso actu Electionem antecedere statuimus, quasi propter hanc Deus sit permotus ad eligendum nos (non n. propter fidem, sed per fidem electi sumus) sed consideramus eam, quemadmodum Deus ab aeterno illam dare decrevit per ordinaria media, his, qui medijs istis legitime se submittunt.

47. Neq; tamen propterea in errorem Pelagiani vel Synergistarum incurrimus: fidem n. non meriti sed medijs rationem habere afferimus; quin & omnia solum Sp. S. operationi, non nostris viribus, adscribimus.

48. Qua de re scite admodum Fulgentius, Deus, inquit, prædestinavit ad regnum, quos ad se præsevit misericordie prævenientis auxilio reddituros, & in se misericordie subsequentis auxilio esse mansuros.

49. Vnde liquet perseverantiam requiri. neq; n. incæpisse satis est iuvat usq; morari, quare & in definitione subiunximus, prædestinationem non esse illorum qui ad tempus credunt & semen verbi divini excutiunt, quiq; semel illuminati & vera fide prædicti Spiritum S. propria malitia rejiciunt, sed qui in fide ad finem vitæ perseverant.

50. Ut enim non coronantur nisi qui perseverantes vincunt Apoc.. 3. v. 5. 21. Ita quoque non glorificantur, nisi qui initium substantiae (ut epistola ad Hebr. c. 3. v. 14. loquitur) ad finem usq; firmum recinent.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn756502535/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756502535/phys_0013)

DFG







34. Ex quo patet hallucinari Calvinianos, dum Christum Electionis decreto ( quod illi simplici & absoluta Dei voluntatis antegressa definiunt ; nos v. mediorum latae illud limites ) removent, illumq; in censum effectorum referunt rationi substernunt.

35. Quod si verum, ipsi homines ab Electione erunt se iungentes lectio nulla ; aut si non, neq; Christus inde erit eliminandus quia Deus eligens homines, non eligit ut iustos, sed ut peccatoribus autem extra Christum constitutis, Deus ignis est consuolum itaq; primum & supremum Electionis decretum ingredi.

36. Quare & Apostolus, mentionem Electionis nostrae facie pli certe ait, nos esse electos, sed addit medium in CHRIS.

36. In Christo a. cum dicimus nos esse Electos, consideramus ut unum hominem, neq; ut solum Deum, sed ut mediatores hominem simul : neq; ut autorem dunt axat parta iusticie, secundum matorem iusticie imputantur.

38. Nam Christus duplicitate in consideratione huius mysteriatione meriti, omnibus hominibus, nomine excepto acquisitio apprehensionis, pro ut meritum ac beneficia, verbo Evangelii ab hominibus acceptantur aut repudiatur.

39. Vtiroq; respectu phrasis Paulina, qua in Christo dicimus consideranda, quatenus videlicet Christus pro omnibus habis fecit, eosq; suo merito redemit, & quatenus credentes per suum meritum sibi applicant.

40. Unde patet fidem eterno Electionis decreto includere enim nos Deus in Christo, non incognito, spatio, & abiecto, apprehenso.

41. Nec valeret hic carillum adversariorum, Electionem factam aeterno, fidem a. dari in tempore, ideoq; Electionem ingredi.

42. Licet enim fides in tempore ipso actu, per ordinem deitur his qui medijs ad consequendam fidem a Deo ordinante & debito modo utuntur, id tamen non obstat, quo minima electionis decreto sit inclusa.

